Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 1065
Quelle:
Copyright:

modo pro *Johanne Chryſ.* reponendus *Leo Serm. IV. de Epiph. Fol.* 121. rurſus ponendus *Leo Serm. V. de Epiph.* pro *Maximo. Fol.* 138. Sermo *Fauſtini epiſcopi* de Nuptiis in Cana, potius *Fauſti Regienſis*, habetur inter *Homilias Euſebii* dicti *Gallicani* T. VI. *Bibl. PP. Lugd. n.* II. p. 623. verum multo amplior, quam in exemplo praeſente, quod incipit: *Proxime eſt fratres kariſſimi quod die tercia nupcias factas et quod aquam in vinum conuerſam fuiſſe modo cum legebatur audiuimus.* &c. *Fol.* 154. Sermo *de cathedra ſancti Petri*, qui a *Maurianis* in T. V. *Opp. Auguſtini* in *Append. col.* 319. rejectus incipit: *Quamuis ſolempnitatis feſtiuitas hodierne a nobis merito honoretur* &c. hic *Maximo* adſcribitur, et ante ſe habet alterum illum: *Inſtitutio ſollempnitatis hodierne a ſenioribus noſtris* &c. qui, cum *Maurianis* eodem ſtilo conſcriptus et quandoque in unum corpus redactus cum ſequenti viſus fuerit, ſiquidem *Maximi* ſit, in noviſſima ejus Edit. *Romana* 1784. ſplendide non minus, quam docte a *Brun. Bruno* e Sch. P. f. curata deſideratur. *Fol.* 155. *Sermo cujus ſupra.* Igitur *Maximi?* Conſentit Editor mox laudatus, qui primus illum e *Miſſ.* extulit, ut habes *col.* 635. inſcriptum: *In natali plurimorum Confeſſorum.* In noſtro *Cod.* manus alia margini adjecit *Mathie.* Init: *Heret ſenſibus ueſtris fratres* &c. Non abs re fuerit lectionis diſcrepantiam Lectoris arbitrio deferre.

Codex:	Editio:
id quod deſcripſimus	*in quo deſcr.*
Non, inquit, dicam vos	*Non, inquam, d. v.*
praeibit officiis	*praeit off.*
utrumque nobilitat	*utrumque nobilitate*
Amicitia ipſa firmiſſima	*Amicitia ipſa firmata eſt*
Domini amicos fieri	*Deum amicum fieri*
viciniores erimus	*vic. ſumus*
adulatione ambiuntur	*adul. ambiguntur*
laudabiles adnunciemus	*laud. annunciamus*
dicemus de his	*dicimus de his*
vocabulo nuncupantur	*eos voc. nuncupabimus*
omiſſum.	*die dominico*
Nam haec prima Saluatoris	*Nam hoc prima Chriſti*
ad dominicam refectionem	*die dominico ad refectionem*
voluntatis laſcivitate	*voluptate laſcivitatis*
Nam ideo illa die	*Ideo* omiſſ.